pōt celebrari:ex̄ ō priui.vt priuilegia Sꝫ si ē interdicta ꝑsona siue suspēsa qñ hͦ ē fcm̄ ꝑ culpa ipsius suspēsi vel īterdicti non posset de līia alicuiꝰ.ce lebrare:nec interdcm̄ vel suspēsio su/spendi. Sꝫ cū hoc ē fcm̄ ꝓpter culpā alteriꝰ:tunc pōt dici sicut ꝛ de inter/dicto loci.s.ꝙ talis sñia potest suspen di p epm sicut ꝛ tolli. Iteꝫ appellari pōt infra tp̄s suspensionis interdicti a suspensa sñia sicut ꝛ a ꝯditiōali:ex̄ ō de appel.preterea.ꝛ idē de sen.suspē. secus in sñia excōis. Item sñia inter/dicti ꝛ suspēsionis nullo verbo suspē dunt̄ vel totaliter relaxant̄ cū iura/mento tñ:ex̄.e.alma.li.6. Iteꝫ postq̄ꝫ sñia interdicti p aliquos īferiores p̄/latos rōnabiliter ē lata: maiores nō debent eā relaxare sine ꝯgrua satisfa ctione:ꝛ cū ꝯsciā illiꝰ qui tulit:ex̄ ō of fi.oꝛ.cum ab ecclesiaꝝ. Si vero irrōa biliter sit lata:ꝺꝫ qui tulit sine diffic̄l tate relaxare:seu supioꝛ ad quem re currit̄:ex̄.e.cuꝫ medicinalis.li.6. Itē archieps̄ non pōt relaxare interdēm vel excōicationē vl' suspensionē latas ab officialibꝰ archidiaconoꝝ:seu ali/is iurisdictionē hn̄tibus subditis suf/fraganeoꝝ ipsis qui tulerunt omissis ex̄.e.romana.li.6. Item cū quis īter dicto vel excōicatione astrictiꝰ offert se ad iusticiā eoꝝ ꝑ quibus sñiam ac cepit:iudex cum ne sic decedat absol uere poterit ēt si aduersa ps appellꝫ ne absoluatur:ꝺꝫ tñ ante absolutionē recipi ab eo sufficiens cautio ꝙ in p̄/sentia romani pontificis apud quem appellatur si voluerit appellatoꝛ:vel corā iudice cui cām delegauerit iuri pebit. Et idē de his q dicunt se iniuste interdictos. Itē fm Io.an.tpe gn̄al' interdicti si is ꝓpter cuiꝰ culpā latuꝫ ē interdictū satisfacere vult tollet̄ int̄ dictuꝫ. Si vero culpabilis fuit tanq̄ꝫ ꝯsiliariꝰ vel auxiliariꝰ lꝫ accipiat̄ cau tio ꝛ iniūgat̄ pn̄ia n̄ relaxabit̄ inter dictū. Qꝛ si ꝓpter eiꝰ culpā latū ē ip se qdē punit̄:sꝫ eiꝰ satisfactio n̄ reqri tur. Itē nō ꝙ ea q̄ dc̄a st̄ i p̄cedētibꝰ ō mā iterdci q̄.s.ad obseruandū īterdi ctū ne ꝯfaciendo īcurrat̄ peccatuꝫ ꝛ irregularitas:locū hn̄t ꝛ vera sūt fm ꝙ hētur in corpore iuris:sed p extra uagantē Martini qnti:q̄ incipit In/sup ad euitandū. non tenet̄ quis ob seruare int̄dcm̄ eccl'asticū a iure vel ab hoie gn̄aliter ꝓmulgatū:nisi talis sñia fuerit ꝯ ꝑsonam collegium vni uersitatē ecclesiā cōitatē vel locū cer tū a iudice publicata vel denunciata spaliter ꝛ expsse:ꝛ ipsā extrauagātē ꝫ hēs.ō.in fi.de cle.ex.mi.c.vlti.

De priuilegijs frm p̄dicatoꝝ ꝛ mi norum quo ad interdictum.

Fratres ordinis predicatoꝝ ꝛ minores tpe generalis in/terdicti terre possunt vbiq̄ꝫ i omnibus ecclesijs suis vel alienis clau sis iannis interdictis ꝛ excommuni/catis exclusis non pulsatis campanis ꝛ sbmissa voce celebrare diuina ꝛ re/cipe ecclesiastica sacra exceptis tribꝰ casibus. Primus est si causam dede/runt interdicto. Secundus si contin gat eos specialiter interdici. Tertius est si ecclesia illa vbi volunt celebrar̄ est interdicta. Bonifa. Uirtute. Nō tpe interdicti possunt ad diuina reci pere pueros suis seruitijs deputatos ꝛ negociorꝫ suorum ꝓcuratores et

operarios qui suis in locis eorũ ope ribus continue institerint: nisi in duo bus casibus: scilicet si ipsi causam in terdicto dederunt. Secundus est si contigat eos specialiter excõicari vl' interdici. Bonifa. Virtute. Qz tpe strictissimi interdicti ꝯuentus qlz ip sius ordinis quotidie vnã missam di cere ꝛ audire põt. Et qlz sacerdos or dinis vnã missã celebrare valeat cuz duobus aut tribus tm̃ ministris expl's sis p̃mo omnibus qui non sũt de or dine suo. Clemens. Meritis vestre re ligionis. Qz qñ in ciuitatibus vl' locl alias vbi habitare contingit interdi ctum poni ꝛ ꝓhiberi omnia ecclesia stica sacramenta: excepto puulorum baptismate ꝛ penitentijs morientium non obstantib⁹ qbuscunqꝫ p̃uilegijs religiosis qbuscunqꝫ ab apostolica sede ꝯcessis. Nihilomin⁹ tpe talis iter dicti pñt ꝯfiteri peccata sua ꝛ ab epis absolui: ꝛ tpib⁹ ꝯsuetis iuxta morẽ or dinis sui sacre cõionis ꝛ vnctõnis ex treme recipe sacra ꝛ diuina officia ce lebrare simul ianuis clausis non pul satis campãis ꝛ voce submissa excõi catis ꝛ interdictis ac oĩb⁹ psonis que non sũt de ordine suo exclusis: nõ ob stantib⁹ ꝓhibitis h⁹i: seu aliquib⁹ litte ris a sede apostolica impetratis vel i petrandis: que de ordine suo in hac i dulgentia spalem non fecerint men tionem. Honor. Meritis vestre. Qz oẽs sñie interdicti suspensionis ꝛ ex cõis ꝯ ipsos late p quoscunqꝫ p̃latos ꝯ indulta p̃uilegioꝝ suoꝝ sũt ipso fa cto irrite ꝛ inanes. Si aũt ꝯ alios la te fuerint occasione sui tunc penitus irritande. Ale. Meritis vr̃e. ꝛ nimis iniqua. Qz a nullo legato nisi a latere nec subdelegato pñt suspendi iterdici vel excõicari: nisi i eoꝝ lr̃is de ordie suo mentio hẽat spalis Clemẽs. Exi gentibus. Qz magr̃ ordinis ꝛ ei⁹ vica rius in toto ordine ꝛ p̃ores ꝛ ꝓuinci ales ꝛ ꝯuentuales ꝛ eorum vicarij in suis terris possunt fratres dicti ordis ꝯstitutos in t'ris predictis: vel ad eos declinantes vñcunqꝫ absoluere a sen tentijs excõis suspensiõis ꝛ iterdicti a iure vel ab hoĩe gñaliter ꝓmulga tis: vel si in locis suppositis ecclesia stico interdicto p̃sumpserint celebrar̃ diuina. Bonifa. Virtute. Inno. licet autem hec dicant̃ de p̃dicto ordine tamen credo minores eisdem gaudẽ p̃uilegijs: excepto eo qd̃ nunc sequit̃

Item viri ꝛ mulieres de italia habẽ tes habitum ꝛ regulam ordinis que dicitur de penitentia beati dominici possunt licite audire diuina ꝛ recipe ecclesiastica sacramẽta tpe int'dc̃i: ni si cãm dederint interdc̃o. Hono. Cõ gruum estimantes.

De suspensione titulus quartus. Capi. 92.

Quia noĩe cẽsure eccl'iastice ꝯphendit̃ nõ solũ excõicatõ sꝫ et suspensio ꝛ int'dc̃m: ex ꝺ ꝺ. si. querenti. Suspensio etiã aliquã do dicitur excõicatio: vt patet. i. q. i. re periunt̃. Ideo post tractatum de ex cõicatione ꝛ interdicto sequit̃ de su spensione. Et quia ꝭm Guil. Duran. Omnis irregularis est suspensus. Et iterum quia irregularitas est quedã inhabilitas ad ordinum receptionez ꝛ officiorum ecclesiasticorum etiam receptoꝝ executionẽ simpliciter: ꝛ ex toto ex aliquo impedimento proue niẽs ex institutõe ecclesie hñs robur

Suspensio vo est inhabilitas ad ordinū vel officiorꝫ executionē ex aliquo īpedimento. Et sic suspensio videt̄ solum tangere clericos. Qñqꝫ tamē laici suspendunt̄ ab aliquo actu vel officio aduocādi in certo casu ꝛc. Irregularitas vo ꝛ clericos ꝛ laicos vtraqꝫ tñ culpa non est sed pena: que quidem suspensio ꝯtingit multipliciter. Aliqñ quidē simplr̄ ꝛ ex toto ab oī s. officio ordinū. Aliqñ ab vno ordie ꝛ non ab alio: aliqñ simplr̄: aliqñ ad certū tp̄s: aliqñ non ab ordine: sed ab aliquo alio: vt ingressu ecclesie ꝛ actu p̄dicationis ꝛ h'i: de quibus omnib' agetur. Et nota ꝑm Guil. ꝛ Ala. ꝙ tripliciter qs dr̄ suspēsus. vno modo quo ad se tm̄: qꝛ. s. non est ꝓhibit' abstinere ab officio: ꝛ hoc per sñiam canonis vel hominis. Et sic quilibet existens in mortali vel etiam in minori excōicatione dicitur suspensus: quia debet abstinere a celebratione ꝛ executione ordinum: alias peccat mortaliter qui in mortali exercet solēniter actū ordinis sui: vel cū minori excōicatione recipit aliqđ sacramentum: di. 40. multi. ꝛ. i. q. i. sacerdotes. Si tñ celebrat vel exequitur ordinē non efficitur irregularis: nec tenet̄ subdit' talē vitare: vel qcūqꝫ alius si sciret pcc̄m eius: di. 28. c. vlti. ꝛ extra de coha. cle. ꝛ muli. vestra. Et quamuis ꝑm Tho. in 4° non debeat inducere qs talem ad dicendū missam vel alias exequendū officia sua: dū. s. est cert' de malicia sua ꝛ obstinatione. Si tñ non pōt alium habē excusatur capiēdo sacramenta a tali: precipue cū est sup̄ior eius seu pochialis: immo etiā ꝑm Pe. de pal. si posset aliū hr̄e non videt̄ peccare accipiēdo ab eo: qꝛ vtitur iure suo ꝛ malo illi' in bonū suū. i. q. i. si fuerit. Sicut ēt lꝫ fideli vti iuramento facto ab infideli per falsos deos: vt dicit Augu. 22. q. i. mouet.

2° mō dr̄ quis suspensus q̄ ad alios non quo ad se: ꝛ hoc satis large dicitur. Et sic cleric' ꝑegrinus dr̄ suspēsus: qꝛ pmittitur ex deuotiōe celebrare in occulto nō ī publico. Pro cui' declaratione nō ꝑm Ray: ꝙ h'i clici peregrini ignoti non admittuntur ad publice celebrādū populo: nisi cū gnqꝫ sigillis epoꝝ: di. 98. c. i. Et hoc si sigilla sint ignota: alias sufficēt sigillū epi sui: di. 51. ꝓmatus. ꝛ multo magis apostolice sedis mandatū. rō āt h'i est ꝑm Host. qꝛ in publica celebratione posset eum mouere inanis gloria: vel cupiditas: non āt in priuato ꝛ secreto. Item qꝛ in publico cōe malum posset accidere. s. si non ordinat' celebraret: in secreto āt solū p̄iculum celebrātis. Cū illis ēt. 5. sigillis nō eēt credendū ꝑm Io. nisi eēnt aliqlr̄ nō. It̄ ꝑm Inn. nec ēt gnqꝫ sigillis credi dꝫ si ex receptōe h'i pegrinoꝝ clericoꝝ fieret p̄iudiciū alicui ꝛ dānū. Viatorē tñ pegrinū ꝛ trāseuntē ñ dꝫ ita subtiliter exāiare de sigillis h'i. 42. di. qescamus. It̄ si amisit tales lr̄as ꝛ p duos testes possit ꝓbare ordinationē suā ꝛ ꝯuersationē pōt admitti: ex̄. e. tue. Item si non existāt testes de ordinatione sua: qꝛ longū tp̄s ē: si ꝯstat ꝙ sēp gessit se vt presbr̄ admitti pōt: extra de pres. non bapti. c. 2. Itē ꝑm Ho. ad hoc vt tales suscipi debeant ī executōe ordinū lr̄e debēt ꝯtinē hāc clām: vel similē: quē grada lꝫ ad talē ordinē ꝓmouim': di. 23. in noīe.

Et hec vocantur lr̃e cōmēdaticie seu testimōiales: ex̃. e. tue. Tñ si sic suspēsus celebrat etiam in publico non est irregularis. 3°. mō vr̃ suspensus proprie quo ad se ꝛ quo ad alios: qñ .s. ꝑ sñiam canonis vel hoīs est suspensus ab officijs suis: ꝛ talis tenetur abstiēre ab officio etiam post ꝯtritionem ꝛ ꝯfessionem quousqꝫ sit relaxata suspēsio ꝑ eum qui pōt: al's suspēsus a diuinis vel officio vel celebratiōe ꝛ hꝰi: si contra faciat peccat mortaliter ꝛ efficitur irregularis ꝰm Inno. ꝺ sē. ꝛ re iudi. cum eterni. li. 6. ꝛ. ii. q. 3. sigs ep̄s. ꝛ ꝰm Inno. ꝛ Guil. talis etiam ex̃ ecclesiā si dicat horas officiando ppl'm sicut in exercitu efficitur irregularis secus si in officiando dicat cum vno vel duobus.

Capitulū scd̄m de suspensione in quam incurritur per simoniam.

Cap. 93.

Prosequendo de suspēsione: nota ꝙ pluribus ex cāis ꝛ mōis incurritur suspensio q̊ .s. ad se ꝛ alios. Et pmo qdē ꝑ vicium simonie sed cū distinctione. Scias g̃ ꝙ oēs qui simoniace ordinant̄: etiāz si vicium simonie sit occultū ipso iure sunt suspēsi quo ad se ꝛ quo ad alios: ꝛ non solū ab ordine quem simōiace susceperunt: sed etiam ꝰm Henr. ꝛ Inno. ab actibus oīum alioꝝ ordinum: ꝛ ꝰm Inno. etiam in tpalibꝰ: vñ ꝛ perdit administrationem. i. q. i. repiuntur. ex̃ ꝺ simo. tanta. di. 81. eos. Deberent etiam puniri depositione ꝛ infamia si de crimine constaret. 15. q. 3. sane. Nec potest cum tali dispensari nisi ꝑ papam. i. q. i. erga. Qui etiāz facliter non dispensat qñ cōmissa ē simonia ex pte ordinatoris ꝛ ordinati. Si vero ē cōmissa ex parte ordināt' tm̄: puta ꝯsanguineo ordinati dante aliqd ordinatori ipso ordinato ignorante: tunc pōt non ipse ep̄s dispensare ꝑpter turpitudinē suā: sꝫ successor eius in ep̄atu vel aliꝰ ordinarius eius si vꝫ hr̃et domiciliū vel beneficium ī ep̄atu illiꝰ ꝛ multo magis papa. i. q. i. sigs neqꝫ. ꝛ. c. erga. ꝛ hoc ꝰm Innocē. Ho. Rai. ꝛ Hof. Itē si simonia ē conmissa tm̄ ex pte ordinati non ordinātis: puta dante ordinato vicario ep̄i aliqd ꝑpter hoc. Si talis nō mīstrat pōt ep̄s dispensare in ordinibus rite añ susceptis. non āt in illo queꝫ simoniace suscepit: nec ēt qui recipiat alios añ dispensationē. ꝛ ī hoc papa dispensabit. sꝫ si talis mīstrasset pꝰ ordinē simoniace susceptū ēt in añ susceptis non poterit ep̄s dispēsare. Qui vo recipit bñficiū cuꝫ cura vel dignitate ꝑ simoniā ēt si occulta sit idē iuris ē ꝰm Hof. sic̄ ꝛ de illo q recipit ordinē simoniace: vt dcꝫ ē q2. s. ē ipso iure suspēsus ēt q̊ ad alios: ꝛ nō solū ab actibꝰ oīum ordinū: sꝫ ēt ab admīstratōe tpali ꝰm Inno. ꝛ ī tali bñficio vel dignitate solꝰ papa dispēsat ꝑcipue qñ scientibꝰ bñficiatis ē cōmissa. Nō tm̄ ꝰm Guil. ꝙ cū pene non sint extēdēde: ꝛ ille q simoniace suscepit aliqueꝫ ordinē sit suspēsus q̊ ad ea q̄ sꝰ ordis ñ tm̄ ē suspēsus q̊ ad ea q̄ sꝰ iurisdictionis. vñ si alias hꝫ iurisdictionē ꝛ nē hꝫ: ꝛ pōt suspēdē excōicar̄ ꝛ ab excōicatione absoluere ꝛ hꝰi. Qui aūt recipit beneficium simplex simoniace ꝰꝫ Rai. est suspensus quo ad se ꝛ alios ab actibus oīum ordinū ꝛ ab admistratione tpaliū si simonia ē notoris

Nā si ē occulta non ē de ipso iure suspēsus sȝ suspēdend⁹.i.q.i.c.i.ꝛ seque. Tho.ꝛ Ho.Et siqdē cōmissa ē simonia ignorāte ipso beneficiato pōt eps dispensare cū eo ī tali beneficio post ꝗ̄ pure ꝛ simpliciter ei renūciauerit: ex̄.e.de simoniace, ac ēt ꝙ possit ministrare in ordinib⁹ aň ꝛ post bňficium susceptis.Et hoc intellige si ēt eps ignoraret.nā si scīēter ɔtulisset non ipse sȝ supior posset dispensare:ar .i.q.i.c.i. Tho.Rai.ꝛ Guil. Si vō simōia est ɔmissa bňficiatis sciētib⁹ solus papa dispēsat non ali⁹ nec ī illo beneficio nec in alio ꝫ Guil.Tan.ꝛ Ho. Qui vero ɔfert ordinē vł bňficiū simoniace vel ēt qui ē mediator simonie ꝫm Rai.Si est notoria simonia ipso iure est suspensus ēt quo ad alios:ex̄.e. accusatum.3z.di.§.verum.ꝛ solus papa dispensat. Si vero est occulta nō est suspensus quo ad alios:ar.ex̄.e.et si questiones.ꝛ.c.veniens.Idem dicitur ī directorio iuris li.3.ti.16.s. ꝙ epš pōt dispensare in minoribus spebus simonie ꝛ pdictis.Et allegat Hoff.ꝛ ꝛ Host.nec obstat.i.q.i.erga.qꝛ loquitur in dignitate: ꝛ sic etiam loquitur decre.a nobis.extra de simo. Et ideȝ dicas de tonsura ꝛ minoribus ordīb⁹ quia solum in maioribus ordinibus dispensatio pape reseruať:vt nota. Hof.ꝛ Hosti.hec ibi. Si vero cōmittitur simonia in alijs vt circa exequias defunctoꝝ in cōsecratōe cimiterij et vasoꝝ sacroꝝ in venditione chrismatis in benedictiōib⁹ nubentium ꝛ hꝰi In oībus his pōt eps dispensare: qꝛ non est phibitū:ar.ex̄ de sen.ex.nup. ꝫm Rai.ꝛ Guil.qd̄ videtur intelligēdum quando hꝰi simonia est manifesta. Nam occulta non inducit irregularitatem in hꝰi.Qui ordinat aliqueȝ vel presentat ad ordinandū qui ꝓmisit vel iurauit nil petere de illa eccła ad cuius titulū ordinatur ipse quidē ordinator triennio est suspēsus a collatione ordinū:ꝛ pňtator ab executōe ordinum suoꝝ:ex̄ de simo.siquis.Et etiam ipse ordinatus indiget pape dispensatione ꝫm Rai. Hec autem que dicta sunt de simonia quo ad dispensationem vera sunt ꝫm ea que habētur in corpore iuris ꝛ notata p doct. ac ēt excōicatio lata ē ꝯ eos d̄ qua hētur.s̄.e.contra simoniacos. ibi vide. De simonia autem ꝗ̄tum ad peccatum:ꝛ ꝗ̄tum ad restitutionē fructuū beneficij simoniace recepti ꝛ dispēsationem simoniace pecunie habes .s̄. scd̄a pte tit.i.

Caplꝫ tertiū de suspēsione in quā incurritur per notoriam fornicatione. Cap.94.

Notorius fornicator est ipso iure suspensus.8i.di. siqui.et di.3z.preter hec. Pro cuius declaratiōe nota pmo ꝙ dupliciter dicitur notorium ꝫm Tho.ꝛ Rai.scilicet:notorium iuris est vt cum quis confitetur in iudicio vel conuincitur de crimine. Notorium facti est cum crimen ita populo est manifestuȝ ꝙ nulla pōt tergiuersatiōe celari. Quocunqȝ autem istorum modoruȝ fit notoria fornicatio clerici est suspensus quo ad se ꝛ quo ad alios ꝫm Tho. Rai.Ber.Inno.ꝛ Hostien.ꝛ alios. z⁰ nota ꝙ non solum sacerdos sȝ ī q̊cunqȝ ordīe ɔstitut⁹ ēt in minoribus ex notoria fornicatiōe ē suspensus ab oīb⁹ actib⁹ ordinū ꝫm Inno.ipo iure

qḋ nōt Archi.di.3z.§.ad hoc.qḋ ꝓ bat ēt.p.c.ministri.di.81. in fi. ⁊ extra de coha.cle.⁊ muli.vr̃a.Et tādiu stat suspensus q̄diu ꝑseuerat in vicio. Et interim si exequitur officia sua ēt se mel tm̄ efficitur irregularis ⁊ indigꝫ dispensatiōe pape ſm Inno.⁊ Host. vt nōt Archi.⁊ Anto.de bu.vn̄ etiāꝫ si cessaret a vicio ⁊ an̄ dispensationē vtit̄ vicio suo semꝑ peccabit mortal̄r: q̄uis nouam irregularitatē non con trahat.Si aūt cū esset suspensus non est executus officia sua: indiget nihi lominus absolutione a suspensione: quam poterit facere eps ſm Innoc. 3º. nō ꝙ talis dꝫ euitari in missa ⁊ ali is officijs diuinis:di.3z.nullus. ⁊.c.ꝑ ter hec.Sed in hoc variat̄ opinio do ctoꝝ.nā aliqui dicunt ꝙ dꝫ euitari in diuinis post admonitionem ei factā si se non correxerit ſm Hug. ⁊ Lau. Que admonitio a quocūq̄ fieri pōt ſm Hug.sed ſꝫ Lau.dꝫ fieri ab epo qḋ videt̄ verius : ⁊ ꝓbat̄ per.c.sigs presbyter.81.di.Sed aliorum opinio cōior est ⁊ solennior docto.q̄uis Ar chi.dicat eam durā:ꝙ statim debent euitari ante quācunq̄ admonitionē q̄ ius suspendit eos etiā quo ad ali os:⁊ h̄ tenēt Tho.Rai.Bon̄.Guil. Inno.Host.Io.cal.⁊ Anto.de butr. A talibus ḡ ſm ea que h̄nt̄ur in cor pore iuris non ē missa audienda nec sacramēta sumenda: nisi baptismus ⁊ eucharistia ī extrema necessitate:vt dr̄ di.3z.§.verū.Sed bene cōcedunt Rai.⁊ Guil.ꝙ beneficijs ꝑuari non debēt:nisi post admonitionē factā a ꝑlato si se non correxerit. Nā tūc ēt b̄nficijs debēt spoliari ⁊ in ꝑpetuum deponi. 4º. nō ꝙ iō ecclesia induxit suspēsionē ꝯ ista duo vicia magis q̄ ꝯ alia ſm Lau.q: facilius ꝑlati ⁊ cl'ici labūt̄ in hec.s.fornicatōnē ⁊ simo niaꝫ q̄ alia. Ut sic videntes se vitari saltē verecundia tp̄ali resipiscāt: di.3z. §.verū. Uera tn̄ sunt sacra eoꝝ. 5º. nō ꝙ ſm decretum istud factum in concilio constantiensi. Insuper ad eui.de quo habes.s.de minori excōi catione.c.si. Non tenentur fideles vi tare sacramenta concubinarioꝝ aut diuina eorum:nisi postq̄ fuerint per prelatos denunciati publice ꝙ eui tentur.

Capitulū quartum de pluribꝰ su spensionibus propter diuersas cau sas. Cap.95

Sunt ⁊ alij casus in quibꝰ q̄s incurrit suspensionē vel sim pliciter:vel ſm quid.i.q: pri uatur collatiōe vel executōe alicuius ordinis vel ministerij per aliqḋ tp̄s. Et p̄mo eps qui ordinat alienū cl'icū sine lr̄ia sui epi vel supioris scienter seu affectata ignorātia ꝑ annū ē sus pensus a collatione ordinū: ⁊ interiꝫ clerici sui absq̄ eius lr̄ia possunt a vi cinis epis ordines recipere: extra de tem.or.eos.li.6.Per quam decre.lo quebatur opinio dicentium ꝙ ordia re poterat alienū sub specie ratihabi tionis.⁊ intelligitur superior ī hoc ca su episcopus de cuius diocesi iste qui vult ordinari est oriundus : vel in cu ius diocesi officium ecclesiasticum habꝫ:vel vbi habet domicilium:licet alibi natus fuerit. Inferiores autem prelati siue religiosi : siue alij non possunt dare licentiam: nisi haberet a sede apostolica qualiter possit sub ditos quo voluerint facere ordinari

Itē non pōt talē lr̄iam dare officialꝭ epi:sꝫ epo in remotis agente vicariꝰ eiꝰ gn̄alis in spualibus vel sede vacā te capl'm:seu is ad quē tunc administratio spualiū ptinent pn̄t lr̄iam dare. Religiosi quoqꝫ a suis prelatis ēt in non exemptis ꝑoratibꝰ deputati ꝑ ores ⁊ eoꝝ socij pn̄t a locoꝝ diocesa nis q̄diu ibi morantꝰ licite ordinari: lꝫ non sint de eoꝝ diocesibꝰ oriundi hec oīa de tem.or.cū nullus.li.6. Pre dicatores autē ⁊ minores in hoc sunt priuilegiati a sede apostolica:vt.s. va leāt a qbuscūqꝫ epis suos sb̄ditos fa cē ordīari. Ipsi autē sic ordinati.s.ab alieno epo sine licentia ꝓprij ẜm rai. priuantur ab executione ordinis recepti:sed pōt cum eis eps dispensare in hac suspensione.9.q.z.lugdunēsis extra de tempo.or.qō translationem Eps vel quis alius ꝯferens tonsuraꝫ clericalem infanti:nisi forte religionē intraret:vel illitterato vł homini ali ene diocesis sine licentia vel coniuga to:nisi volenti religioneꝫ intrare:aut ad sacros ordines promoueri: qn̄.s. de iure potest ē suspensus ꝑ annuꝫ a collatione tonsure tm̄: extra de tem. ord.nullus.li.6. Patriarche archiepi epi locantes vel alio titulo cōcedētes aliquam domū vsurarijs alienigenis ad fenus exercendū ipso facto suspen sionē incurrunt:ex̄ de vsu.q̄q̄.lib.6. Et similiter si pmittūt ꝙ vsurarij ali enigene.s.non oriundi de terris ipso ruꝫ locoꝝ publice vsurā exercentes vel exercere volentes hn̄t domos cō ductas:seu aliter hītent in terris suis i.coruꝫ iurisdictioni subiectis:si infra tres menses oēs tales de ipsis non ex pellunt terris. Ferētes sn̄iaꝫ excōis ꝯ aliquē vel aliquos:nisi ꝑmittant trinā admonitionē vel vna ꝑ tribus sꝫ suspensi ꝑ mensē ab ingressu ecclesie ex̄ eo.sacro. Itē dꝫ hr̄e talis monitio tpm ꝯueniētia interualla:nisi facti ne cessitas aliter suaſit. Et dꝫ fieri i scriptis ꝯtinentibꝰ cām excōis:alꝭ excōi cator est suspensus non solū ab igres su eccłe sꝫ ēt a diuinis ꝑ mensē: q̄ qui dē si exeq̄tur irregularis efficit:nec nisi ꝑ papā cū eo poterit dispensari: ex̄.e.cū medicinalis.li.6. Sed hec pe ne non tangunt epos ⁊ suꝑiores: cuꝫ non fiat spalis mētio de eis: extra de sen.ex.qꝛ periculosū.li.6. Ultramon tani ordinati ab epis italie:nisi hēant lr̄iam a papa vel epo vbi sunt oriūdi vel in cuiꝰ diocesi sunt bn̄ficiati ⁊ per patentes ipsius epi lr̄as ꝯtinentes cāꝫ rōnabilē:qꝛ ipsos nolit vel non possit ordinare sūt ipso facto suspensi ab sq̄ spe dispēsatiōis: extra de tē.ordi. sepe.li.6. Et ordinantes hꝰi debent cō digne puniri:vt i dicto.c.sepe. Qui re cipiunt aliquem ex ordinibus sacris ab epo qui renunciauit loco ⁊ dignitati:si scienter hoc agunt:vel ignorātia crassa ⁊ supina:non recipiunt ordinis executionem vnde sunt suspēsi nec cum eis potest dispēsari nisi ꝑ pa pam:extra de ordi.ab eo qui re.epi.c. vnico. Si ignorāter non tamen igno rantia crassa potest cum eis eps dispensare:sed recipientes ab eis ordines minores sine lr̄ia proprij epi:quā uis deberent deponi.9.q.z.epm. tn̄ pōt eps in ordine tolerare dispensationē. Epi aūt renunciantes loco tm̄ ⁊ non dignitati possunt oēs ordines ꝯferre:sicut prius si fuerunt rogati a ꝓprio epo loci:alꝭ non vt dc̄m est.s.

Itē ordinati a simoniaco in ordine suscepto q̄tuncunq̄ occulto: vel ēt in dignitate: aut a simoniaco notorio ī collatione ordinū: vel in collatōe aut receptione aut mediatione bñficiorꝫ. Non recipiunt ordinis executionē sꝫ sunt ipso iure suspēsi. i. q. i. siqs a simoniacis. q̄uis in sua ordinatōe nulla sit commissa simonia: ꝛ hoc in detestationē simonie. Rō ē qꝛ tales cum sint priuati executione ordinū: qđ nō habent dare non pñt. i. q. 7. daibertū. Verꝫ est tñ ꝙ ordinati a talibus ex igñrantia facti excusantur a peccato ꝛ ī ipsa tali ordinatione: ꝛ in executione ordinū sic pceptorꝫ abstinē tñ debent cū sciūt quousq̄ cū eis dispensetᷣ: ꝛ p papā. i. q. i. siqui. in glo. Ex ignorātia autem iuris hoc faciendo non excusantur. Unde ꝭm Tho. 2ª. 2ᵉ. q. 100 Nullo modo quis dꝫ recipe ordines ab his quos scit esse tales: nec teneᵗ in hꝰi suis p̄latis obedire: gnīmo potius dꝫ pmittē se excōicari ꝭm Hos. Nā obediendo a peccato non excusaretur. 2. q. 3. quid ergo. Patiēdo autem iniustam excōicationē meretur. 24. q. 3. non damnamur. Item ordinati ab heretico ꝛ scismatico vl' excōicato: vel deposito non recipiūt ordinis executionē: cū omnes hi priuentur omniū ordinū executione: ꝛ nēo dat qđ nō habꝫ. i. q. i. gratia. Nota tñ ꝭꝫ Tho. Pe. ꝛ Rai. ꝛ Hos. ꝙ omnes talesꝭ ordinatores veros ꝯferūt ordīesꝭ q̄tum ad characterem: sicut ꝛ omnia alia vere conficiunt seu conferūt sacramenta excepta penitentia quo ad manifeste excōicatos: secus de occultis: quia absoluunt ꝭm Ricar. et Pe. de pal. dummodo seruent predicti formam ecclesie. i. q. i. dñs declarauit. de consecrati. di. 4. non in vobis. Peccant tamen mortaliter tam dantes q̄ suscipientes ab eis quecunq̄ sacramenta scienter: nisi baptismum ī extrema necessitate. Ignorantia aūt facti ꝓbabilis excusat tales a peccato in ipsorꝫ ordinū receptōe ꝛ eorundē executione dū ea laborant. Cum aūt sufficienter hoc sciunt debent abstinere quousq̄ dispensentᷣ. circa quā dispensationē dicit Host. ꝙ in epatu solus papa dispensat: extra ð elec. quia diligentia. In alijs vero ordinibꝰ q̄tum ad eos qui scienter a talibus recipiunt ordines: vel etiā ex ignorātia crassa ꝛ supina solus papa dispensat immo ꝭm Rai. ꝛ Hos. si fuerunt ordinati a tali qui recepit vltimam manꝰ īpositionē. i. epalē ꝯsecrationē exᷓ ecclesiam nunq̄ tolerantᷣ. 9. q. i. ordinationes. Si vero ex ignorantia non supina ꝭm Hosti. p discretum p̄latū cū talibus poterit dispensari: extra ð ordi. ab eo qui epi. ren. c. i. ꝛ. 2. Sꝫ ꝭm Rai. ꝛ Hos. si ordīati sunt ab eo qui recepit vltimam manus īpositionem in eccl'a. i. anteq̄ efficeretur hereticꝰ scismaticus vel excōicatꝰ: vt tunc est qñ ordināsꝭ siue ordinati sciebant siue ignorabant tolerantur ex dispensatione ministrare in officijs susceptis. Ad superiores vero non debent promoueri: nisi magna necessitas esset. Et idem videtur dicere Hos. de intᷣdicto ꝛ suspenso a diuinis. s. ꝙ non cōfert executionem. 9. q. i. c. i. ꝛ sequentibus. Item qui aliquem ordinē sacrū recipiunt exᷓ statuta tpa ordīatōnum sunt suspensi: nec debēt pmitti in susceptis ordinibus ministrare: quauis

characterē recepint:ex̄ de tē.ord.c.z. Eps tñ imposita eis pñia competenti sustinere poterit vt postea in susceptis ordinibus ministrent:ex̄ de tem. ordi.consultationi. Hec fm Innocē. Ber.⁊ Guil.qui addit q secus de ordinibus suscipiendis:⁊ si ante dispensationem talis ministrauit in ordine suscepto. Dicunt qdā q nō pōt eps dispensare:sed vius est q possit dispēsare:vt.9.q.z.lugdunensis. Nisi forte interdicta fuisset sibi executio ⁊ pᵒ ea administrasset. Promotus per saltum.i.aliquo ordine pretermisso ad supiorē ascendendo: q̄uis characterem recipiat:tamen suspensus est ab executione ipsius ordinis sic recepti di.5z.solicitudo.extra de clerico per saltū.pmoto.c.i. Etsi non malicia sz ex ignorantia vel negligētia hoc egit q̄uis de rigore deponi deberet:tamē ex dispensatione epi ad ordinem pretermissū poterit pmoueri. Si autez scienter per saltum est pmotᵒ:⁊ in ordine sic suscepto sine dispensatione ministrauit post receptionem admissus:adhuc potest p epm dispensari:sz q vlterius non ascendat nisi per papam Rai. Hosti.⁊ Guil. Recipiētes eodem die minores ordines cum subdiaconatu:vel duos sacros ordīes simul siue ordinatore sciente:siue ignorante sunt suspensi ab ordinibus sic receptis:⁊ deponi deberent.77. di.Sb diaconus.extra de eo qui ordi. furti. rece.innotuit. Possunt tamē permitti misericorditer in minoribus tm̄ ministrare. Et si intrat religionez:⁊ vita moresq exigant eoruz abbas si voluerit poterit dispensare in alijs ordinibus:vt in dicto.c.innotuit. Rai. et

Hostien. Sed si lata pus fuisset sñia excōicationis ɔtra sic recipientes: et nihilominus recepint:non poterit cū eis dispensari nisi p papam: vt in .d. c.innotuit. Et dicit Hosti.q etiaz papa de facili non dispensat. Contrahētes mr̄imonium de pñti: ⁊ añ carnis copulā se facientes ad sacros ordīes pmoueri aliter q̄z a sacris canonibᵒ ɔceditur:q̄uis characterē recipiant sunt suspensi:ita q nec etiā post mortem vxoris poterunt ī illo ordine ministrare:nec ascendere ad alios:nec aliqd bñficiū eccl'asticū vel officiuz obtinē. Et matrimoniū nihilominᵒ sic cōtractum pter hoc non dissoluitur: qd intelligitur qñ tales in seculo remanentes hoc agunt. Nā secus si religionem intrassent:in extrauaganti Jo.zz.que incipit. Antiqua. Apostate a religione in apostasia suscipiētes ordines sunt suspensi ⁊ irregulares: extra.e.ti.apostata.nec dispensatᵣ cuz eis nisi per papam. Sed ⁊ alij qui in excōicatione ordines recipiunt similiter sunt suspensi seu irregulares: extra de senten.ex.cum illorum. Et hoc verum nisi pbabilis ignorantia excuset eos:de hac mā plene habes.s̄.in.c de cā finali excōis. §.z. Celebrantes seu pticipantes sciēter in diuis cū publice excōicatis vel interdictis sūt suspensi ab ingressu ecclesie:extra de p̄uile.eporum.li.6. Sed de hoc vid pleniu s.s̄.in tit.de interdicto.c.z.§.4. et p totū illd.c.habes plura pertinentia ad materiā suspensionis. Conseruatores non possunt se intromittere de alijs q̄z de manifestis iniurijs ⁊ violētijs. Q si de alijs que iudicialem indaginem requirunt se intromiserit

i

ſunt ſuſpenſi p̱ annū ab officio:ex̄ de
offi.le.legatos.li.6.Judices eccleſia-
ſtici qui ꝯtra iuſticiam in grauamē
alterius p̱tis in iudicio q̄cq̄ȝ faciant
p̱ grām vel p̱ ſortes:puta p̱ pecuniaȝ
ſunt ſuſpēſi p̱ annū ab executiōe offi-
cij:ꝛ ſi durante ſuſpēſione ingeſſerit
ſe diuinis efficiunt̄ irregulares: nec
niſi p̱ papam poterint liberari:extra
de ſen.ꝛ re.iudi.cū eterni.li.6.Religi
oſi qui concedunt ad vitam alicui vl'
ad certuȝ tempus iura redditus poſ
ſeſſionū adminiſtrationis cui p̄ſunt:
niſi duo concurrant.ſ.ꝙ neceſſitas
vel vtilitas monaſterij vel p̄orat⁹ illi⁹
eccleſie hoc expoſcat.Et ꝙ conuent⁹
illius eccleſie conſentiat: aut ſi con
uentuȝ non hr̄et aſſēſus prelati ꝓprij
interueniat:ſunt ipſo facto ſuſpenſi
ab officio:nec vȝ dicta ꝯceſſio.Excipi
untur tm̄ duo caſus.ſ.locatio ꝛ vendi
tio reddituū vel fructuū ad modicū
tp̄s:extra de re.ec.non alie.c.i. in cle.
Utrū aūt hec ſuſpēſio intelligat̄ ab
officijs diuinoꝝ ꝛ ab officij tp̄aliū ad
miniſtratione:puta prelatis ꝓcurat]
cellarijs ꝛ huiuſmōi.Jo.an. remittit
ad nōta de deci.e.ti.in cle.ꝛ ibi ponit
vtranq̄ȝ opinionem ꝛ dimittit ſub du
bio.Fratres ordinis predicatorum ꝓ
moti vel aſſumpti ad epiſcopatus vl'
alias prelaturas ſi prius recipiūt mu
nus conſecrationis q̄ȝ reſignent ordi
ni libros:ꝛ alia que habent tempore
ſue ꝓmotionis: eoipſo ſunt ab execu
tione pontificalis miniſterij ſuſpenſi
Cle.4⁹ in priuile.Prouidentia. Fra
tres predicatores ſi perturbare pre-
ſumpſerint officium inquiſitōnis cir
ca hereticos per fratres minores ex
ercitatuȝ:ipſo facto ſunt ab executōe
ordinū ſacroꝝ ſuſpenſi:nec pōt rela-
xari ſuſpenſio talis niſi p̱ ſedem apo
ſtolicam:aut p̱ inq̄ſitore cuius offici-
um p̱turbauerūt.Et idem ē de mino
rib⁹ p̱turbātib⁹ officiū inq̄ſitōis p̱ p̄-
dicatores exercitatū. Cle.4⁹ in p̄uile
gio Paup̱tatis altiſſime. Fr̄es p̄di
catores ꝛ minores recipientes ad ꝓ-
feſſionē aliquem in ordine ſuo an̄ ꝓ-
bationis annū elapſū:ſunt ipſo facto
a receptione quorunq̄ȝ ſuſpēſi ꝛ pena
grauiori culpe puniendi. Nec etiam
per hoc ille ſic ꝓfeſſus eſt obligatus
ordini illo:extra de regula.non ſolū.
li.6.Religioſi qui videlȝ decimas nō
percipiūt:ſi ſcienter omittant facere
conſcientiam ꝯfitentibus de decimis
ſoluendis:ſunt ſuſpenſi a p̄dicationis
officio:donec faciant eis conſcientiā
ſi commode poſſunt:ꝛ ſi interim p̄di
cauerint ſunt excōicati:extra ď pe.cu
pientes.in cle.Nō tm̄ intelligunt Pe.
de ancha.ꝛ Pau.ſi fuerint ſuper hoc
requiſiti.ſ.a prelatis.Utrum cū que
ritur:vtrū ſuſpenſus ab officio ſit ſu
ſpenſus a beneficio.Sup̱ hoc Jo.an.
multa dicit ꝓ ꝛ contra ſup̱ cle.cupiē
tes.extra de pe. concludit non clare
ſed Pe.de ancha.ſup̱ eandeȝ cle.po
nit diſtinctionem dn̄i Gaſp̱i de cal
de dicens ſic.Aut quis ſuſpenſus eſt
ab officio aut a beneficio aut ab vtro
q̄ȝ.Si eſt ſuſpenſus a beneficio ſiue a
iure:ſiue ab homine non eſt ſuſpēſuſ
ab officio:ar.c.dilectus.de offi. ordi.
Rō ad hoc odium penaꝝ:regula in
penis de re.iur.Jtem quia officiū nō
eſt acceſſorium ad beneficiū lȝ ſit cō-
tra.Si eſt ſuſpenſus ab officio:hoc ē
aut p̱ dictionem taxatiuā tantuȝ:aut
ſimpliciter.Primo caſu planum eſt

q̄ non ē suspensus a bn̄ficio: cū tm̄ sit
suspensus ab officio: q̄ hoc voluit sē
tentie ꝓmulgatio: q̄ iuris sn̄ie vltra
intentionē ꝓferentis non extendunt
se saluo casu pastoralis. de ap. Si aūt
sit simpliciter suspensus ab officio: hꝰ
ē ab homine: aut a iure. Si a iure aut
ꝑ crimen: aut ꝑ infamiam: aut ꝯtuma
ciam. Si ꝓpter crimen: tunc puto ꝙ
suspensus ab officio sit suspēsus a be
neficio: vt. c. eos. ꝛ. c. siquis sacerdotū
di. 81. Si autem ꝓpter infamiam vel
contumaciam sit suspēsus ab officio
non est suspensus a beneficio: vt. c. p̄s-
byter si a plebe. 2. q. 4. Si autem ab
homine est suspensus ab officio: si hꝰ
est propter crimen graue: tunc est su
spensus ēt a beneficio. Si autem ꝓp-
ter crimen leue: vel etiam ꝓpter infa
miam vel contumaciam non ē suspē
sus a beneficio: vt in iuribꝰ allegatis.
Si autē est suspensus ab vtroqꝫ: aut
hoc est ꝑdictōnem ꝛ: planum est: aut
per dictionem vel: ꝛ tunc puto opini
onem Goffre. veram. s. ꝙ talis sentē
tia non valet ꝓpter incertitudinē. l. 3
C. de sen. que sine certa q̄titate. hec il
le. Inno. aūt dicit simpliciter ꝙ suspē
sus ab officio tantum non dꝫ percipe
fructus beneficioꝝ: sup. c. pastoralis.
de appel. Sed Hosti. hoc ītelligit qn̄
est suspensus ꝓ graui cā: secus ꝓ leui
vel infamia: ꝛ non est ꝯtumax. Et nō
ꝭm Hosti. ꝙ suspensus a pontificali-
bus si celebrat in pontificalibus non
erit irregularis. Rō est q̄ pontifica-
lia n̄ sunt de sb̄a celebrationis: nec de
bemꝰ aliquē irregularē iudicare nisi
inueniat̄ exp̄ssū: ar. de pe. di. i. §. pene
Itē si suspēsus a ꝑticipatione sacroꝝ
de q̄ suspēsione hēs. 18. di. sigs autē.
ꝛ. c. fi. ꝛ. c. placuit. di. 58. c. fi. ex̄ de ele.
osius. ꝛ ꝺ his que fi. a ma. ꝑ. ca. c. i. Si
celebrat nō est irregularis. Talia. n.
non sunt ordinis cū ꝛ laici ꝑticipēt sa
cramentū. Host. ꝛ Inno. Clerici qui
scienter eligunt ad ep̄atum indignū
s. contra illam formā: que hētur ex̄ ꝺ
elec. cum ī cunctis. sunt ꝑ trienniū su
spensi a beneficio in. d. c. Et dicit glo.
habitis ꝛ habendis. Eligentes autem
siue electio facta sit concorditer siue
in discordia: si īfra octo dies exquo
poterunt cōmode ipsā electionē ele-
ctis distulerint presētare. Qui culpa-
biles in hoc fuerint a ꝓsecutione ele-
ctionis sūt exclusi ꝛ suspensi ꝑ trien
nium a bn̄ficijs que obtinent in illa ec-
clesia: ad que si infra illud tp̄s teme-
re vel colorate se immiscuerint illi ꝑ-
petuo sunt ꝓuati: ex̄ de elec. cupiētes.
li. 6. Compromissarius si scient̄ eligit
indignum est ipso facto ꝑ triennium
suspensus a bn̄ficijs ecclesiasticis. hec
tn̄ suspensio non tāgit ep̄os: nec intel-
ligit̄ nisi in electionibus ep̄oꝝ ꝛ sup̄i
oꝝ: secus de electōibꝰ inferioꝝ: ex̄ de
elec. si cōpromissarius. li. 6. Religiosi
grauantes vel fraudātes ecclesias cir
ca decimas eis debitas si requisiti ꝑ
illos quoꝝ interest non desistunt īfra
mensē: vel de vsurpatis vel detētis in
fra duos menses non fecerīt emendā
suspensi sunt ab officijs administrati
onis ꝛ bn̄ficijs: ꝛ talia non hn̄tes sūt
excōicati: extra ꝺ deci. c. i. in cle. Et di
cit Io. an. in glo. se credere ꝙ suffici-
at iudicis declaratio super satisfa-
ctione: nec ꝙ sit necessaria alia abso-
lutio quo ad suspensionē: sed quo ad
excōicationem bene requirit̄ absolu
tio. Doctor vł magister qui doctorat

aliquez:nisi pus exigat iuramentū a
doctorando q nō expendet p suo do
ctoratu vltra sūmā triū miliū turonē
siū argēteoꝝ ē suspensus p sex mēses
a collatōe doctoratꝰ:ex de magi. cuz
sit. in cle. In capitulo ecclesie cathe-
dralis vel collegiate ē suspensus a vo
ce i electione ꝛ alijs q ñ hꝫ ad minꝰ or
dinem subdiacōatꝰ. ꝛ silr q hꝫ bñfici
um cui annexꝰ ē ordo:nisi ifra annū
faciat se pmoueri ad talē ordinē quē
requirit bñficiū legitimo īpedimēto
cessante:ex de eta. ꝛ qli. vt hi q. in cle.
Qui phibiti sunt audire leges ꝛ phy
sicā:de qbꝰ hēs. s. i. ti. de ex. vltra ex-
cōicationē sūt suspensi ab officijs suis
ibi vide. Ultimo nō q suspendē pōt
ab officijs q ꝛ excōicare:qs aūt possit
excōicare:hēs. s. vñ laicꝰ vel mulier
cū non possint excōicare:nisi ex com
missione spali pape:di. 32. §. verū. in
glo. nō pñt ēt suspendē. Pōt tñ abba
tissa fꝫ Inn. suspēdē a bñficio clicos
ecclarū sibi subditaꝝ:si hꝰ ex ꝯsuetu-
dine hñt:non āt ab officio. Itē nō q
sicut excōicatio sic ꝛ suspēsio p sequē
tē appellōez mīme suspēdit:suspēsio
dico ab officio vel igressu ecclie lata
ex de sē. ex. is qui. li. 6. Itē nō q abso
lutio a suspēsiōe officij simplr vel di
uis fieri dꝫ sb ista forma vel sili:Ego
absoluo te a vinculo suspēsiōis quā i
curristi pter talē cām: ꝛ restituo te
executioni ordinū vel officioꝝ tuoꝝ:
In noie pris ꝛc. Tñ q: suspēsio ptiet
ad foꝝ ꝯtentiosū:nec reqrit dermiata
forma necessaria hꝰ relaxatiōis. Ido
qcqd dicat ꝛ qbuscūqꝫ vbis vtat his
q vꝫ absoluē a tali vinculo:si itendit
absoluē:vere absoluit sic dcm ē. s. de
absolōe ab excōicatione. Sꝫ qrit qs
possit absoluē a supensione. Circa hꝰ
Pau. in cle. monasterioꝝ. de re. eccl.
ñ ali. sic dic:vbi papa pōit penā suspē
siōis vel intdci pter ꝯtumaciam ca
nonē ꝯdendo:puto q inferior possit
absoluē:ex de sen. ex. nup. nisi ipse pa
pa sibi reseruet absolōm vel alteri ex
psse determiate psōe. Et hꝰ tꝫ Uincē.
Hu. Hos. Inno. Ber. ꝛ Io. in glo. 2.
q. i. si inimicꝰ. ꝛ. 17. q. 4. siqs deinceps.
Et Hosti. idē iudiciū ē si ꝯstōem infe
rioris approbat ꝛ ꝯfirmat: de ꝯstitu.
ex frequentibꝰ. Plus. n. non opat cō
firmare q̄ꝫ ꝯdē sñiaz. vñ pōt quilꝫ suf
fraganeꝰ relaxare:cū non sit maioris
efficacie q̄ꝫ ius cōe. Sic intelligitur. c.
graue. ex de preben. et hoc nisi alteri
reseruet absolutio. Si vero pena su
spensionis ꝛ hꝰi iponat p sñiam. i. ab
hoie tūc ligans dꝫ absoluē non inferi
or:ex de offi. or. cum ab ecclesiaꝝ. sal-
uo casu decre. pastoralis. e. ti. Idē tꝫ
Guil. in spe. Si vero suspensio sit p-
petua que hꝫ vim puationis:vt nō. vi
cen. de trans. c. 2. ꝛ Guil. in spe. ti. 2. §.
nūc ondendum. non hꝫ locū absolu-
tio:sꝫ necessaria ē dispēsatio dñs col-
lationez. Et tunc ē vidē an tale sit cri
men in quo possit eps dispēsare ꝛ ha
beat ꝯferre vel non:ꝛ in pmo cāu po
terit eps dispensare ꝛ ꝯcedē:puta bñ
ficiū vel offm executiōis ordinū quo
ad dispensationē:in casu 2ꝰ non po-
terit. 44. di. multis. ꝛ de suspēsione q̄
ponit in. d. c. monasterioꝝ. dicit idē
Pau. non puto hanc de sui nā opari
puationē: als papa expssisset hoc:ar.
de deci. ad audientiam. vñ credo eaꝫ
posse p ordinariū relaxari rōne pre-
missa:sed si non relaxetur durabit p
petuo. io. q. 2. perpetua. Nota q sñie

oēs suspēsiōis late p quoscūq3 platos 𝔷 frēs pdicatores 𝔷 indulta puilegio rū suoꝝ: sunt ipso facto irrite ꝛ ianes Ale. Meritis vrīs. Et si 𝔷 alios occa sione ipsoꝝ frm late fuerint sūt ēt ir rite ꝛ inanes. Alex. Nimis iniq. Ite3 magr ordinis ꝛ singuli pores ꝛ puin ciales ꝯuentuales ꝛ eoꝝ vicarij in lo cis ꝛ ꝯuētib9 sibi cōmissis frībus sibi subditis necnon ꝛ aliJs frib9 eiusdem ordinis intdū ad eos declinātib9: vn̄ cunq3 pn̄t impriri bn̄ficiū absolōis a suspēsiōe excōicatōe ꝛ itdcō: qs sn̄ias incurrissent in ipso ordine vel an̄ in gressū ei9: ac ēt laicos q ordinē ipsu3 ingredi vellent: nisi adeo eēt excessus enormis: vt merito eēt sedes apostoli ca ꝯsulenda. Boni. ꝛ Alexan. Uirtu te. Itē predicti plati possunt dispensa tionem obtinere a suis ꝯfessoribus ꝛ absolutionē sup suspensione ꝛ irregu laritate: quā ꝯtraxisset ex eo ꝙ ptulisset sn̄ias excōis suspēsionis ꝛ interdci si ne scriptis ex incautela. Clemēs. Exi gentibus. Uidet tn̄ eē dr̄ia talis iter suspēsionē depositionē ꝛ degradatō nē stricte sumendo ipsos tmīos. na3 large frequēter accipit in iure vnu3 p alio: vt di. 46. cleric9 pmo. Suspen sio videt iportare puatiōz executōis legitime ordinis vel officij ecclastici simpliciter: vel ad tps ꝛ cū spe dispē sationis: q qn̄q3 a iure qn̄q3 a iudice i fert. Depositio iportat puationē ex ecutōis legitime officioꝝ ꝛ bn̄ficioꝝ ecclesiasticoꝝ possessionis simplicit ꝛ ex toto absq3 spe restōis retento tn̄ puilegio clericali: q ꝯueniri non pōt in iudicio seculari: nec capi nec puni ri a laicis ꝛ fit p sn̄iam hois cōit: nec pōt inferri h pena ab inferiori epo q

hoc agē pōt erga ppūm subditū assi stente sibi canonico numero epoꝝ si ē in sacris: als suffic ppria sn̄ia epi si ne alioꝝ pn̄tia. Deposit9 āt ꝛ degra dat9 restitui non pōt ad officia sua: ni si p dispēsationē pape. Itē vbi in iur dr suspendat vel deponat vel degra det ꝯminatio ē sn̄ie ferende non lata sn̄ia: vt. 35. di. eps. Degratio vltra pe nā depositiōis h addit: q puat pui legio clicali oī cū cēta solēnitate: cha racter aūt ei auferri non pōt: nec a q cūq3 creatura: q̄uis Jo. an. videatur ponere ꝯriū. s. ꝙ possit ei auferri. S3 Tho. in 4o. ꝛ Jo. i glo. di. 50. accedēs ꝛ Inno. tenent ꝙ non. De mō ꝛ for ma degradatiōis hēs in. c. degrada tio. ex de pe. li. 6. ꝛ in sū. pisana. Nota tn̄ ꝙ non oīs degradat9 ē tradēdus curie seculari: s3 solū in trib9 casibus. Prim9 in crīe heresis: ex de hētic. ad abolendā. ꝛ hoc nisi ad pn̄iam inoti nenti redire voluerit: s3 si relabit nō plus pcit ei. 2o in falsificatione lra rū pape: ex de cri. fal. ad falsariorum. 3o cū qs deponit ppter calūniā quā suo epo intulit. z. q. i. siqs sacerdotu3. Un̄ cū in curia romana his tpib9 q dā sacerdos interfecisset sacristā sācti Petri sacerdotē: vt sic posset rape bo na sacristie: regsito cōsilio pitoꝝ sup hoc ꝯcluserūt: ꝙ non d3 ppter h tra di curie seculari ad occidendū fm iu ra s3 poni in carcerē vel caueā in ppe tuum ibi sustentando pane doloris ꝛ aq angustie. Papa tn̄ Martin9 de plenitudīe ptātis illū degradatū fec tradi curie seculari ꝛ sic fuit mortu9 Pōt. n. nihilomin9 qs p solū ep3 sium degradari ꝯuocatis abbatibus ꝛ ali is religiosis ꝛ prelatis ꝛ litteratis sue

diocl. qñ sacerdos vel ali⁹ in sacris fu
erit curie seculari p hẽsi tradend⁹ et
ɓgradãd⁹ sic ei videbit expedire ex̃
ɓ hẽti. qm̃. li. 6. Hec ãt degradatio cũ
qs ppt hẽsiz vel aliὸ ẽ tradẽd⁹ curie
scłari sic fienda ẽ pñte ptãte. Dicit ɓ
gradãs illi vt in foꝝ suũ recipiat de-
gradatũ: dz tñ ĩtcedẽ p eo ꝙ ñ mori
atur: ex̃ de v̂. sig. nouimus.

De irregularitate ti. qntus.

Cap. 96.

IRregularitas sic diffinitur
a specu. ꝙ ẽ nõ seu impedi
mentũ canõicũ ex facto: seu
defectu puenens: q̃ qs phibet ad ec
clesiasticos ordĩes pmoueri ꝛ ĩ eisdẽ
ministrare. Et irregularitas ɔ̃hit mł
tis modis ꝛ cãis. Et ad sciendũ qñ qs
est irregularis ex indebita celebratio
ne vel executiõe ordinũ. Jo. cal. põit
talem distinctionẽ. Celebrans ãt vtẽs
officio ordinis aut ẽ feĩa aut mascł's
Et si est mulier siue laica siue religio
sa non sit irregularis: qꝛ cũ non sit ca
pax ordĩs clericalis non cadit ĩ ea ir
regularitas: p quã qs ĩpeditur ordĩa
ri vel ordinis officiũ celebrare: sumit
hec rõ ex. c. debitum. de biga. ꝛ. 33. q. 5
hec imago. Si g̃ mulier excõicata vł
interdicta vel in loco interdcõ: vel in
debite tractet officia sua sacra temer
agit ꝛ puniri dz: ex̃ de pe. ꝛ re. noua.
non tñ ẽ irregularis. Si autẽ est vir
aut est furiosus aut sane mentis. Et si
furiosus ppter quancunq; celebratõ
nem non efficit irregularis nec pec-
cat. Idẽ de infante cłico: si furiosus
de homi. Si est sane mentis: tunc tał
aut est clericus aut laic⁹. Et si laicus
est ꝛ cum solenni apparatu alicui⁹ or
dinis celebrauit. s. exequẽdo actũ ali-
cuius ordinis siue ɔuersus sit alicui⁹
religionis siue secularis: lz hoc sit ri-
gorosum videt ꝙ sit irregular]: ɓ cle
ri. non or. mi. c. i. Nec cum tali vt va-
leat pmoueri alius q̃z papa põt dis-
pẽsare: sicut ꝛ cũ ordinato ꝛ suspenso
celebrãte ali⁹ q̃z papa non dispẽsat: g̃
idẽ est in isto casu. Nõ tñ ꝙ h̊ videt
intelligendũ de ordinib⁹ sacris ꝛ ĩ so
lenni apparatu. Nã ꝛ officia minoꝝ
ordinuz sm Tho. in. 4. licite ꝛ alios
doc. pñt exerceri: ẽt ab his q non sunt
ordinati in illis. Si ãt hoc agit sine
solenni apparatu: talis non efficitur
irregularis. Si ãt est cleric⁹: tunc aut
celebrat in ordine quẽ non habet aut
in eo quẽ hz. Et si ṗmo casu hoc agẽs
in ordinib⁹ sacris est irregularis. De
subdiaconatu aũt dicit Guil. ꝙ si est
in minorib⁹ tunc põt cantare epłam
dũmõ sine solennitate. Et addit In-
no. ꝙ est licitũ qñ deest subdiaconus
ꝛ tunc etiam cãtet sine ornamentis sb
diaconi. Sz solẽnis appat⁹ subdiacõi
videt eẽ manipulus. Dicit. n. Pet. de
pal. in. 4. ꝙ tunicellã lz ẽt non subdia
cono portare: qꝛ non ẽ ei ppria vestis
sicut manipulus quẽ nullus inferior
subdiacono portare dz. h̊ Pe. Unɓ
si talis cantet epłam cum tunicella si
ne manipulo: non tñ porrigendo cali
cem diacono vel sacerdoti: qɓ ẽ ppri
um officiũ eius ꝛ ṗncipalis act⁹ ordi
nis talis: ꝛ vbi ẽ consuetudo ꝙ ẽt ĩ mi
noribus cõstitutus cantet epłam illo
mõ non videt irregularis: secus aũt
vbi cum manipulo vel porrigẽdo ca
licem: vel vbi non est mos ꝙ cãtent
nisi subdiaconi. De ordinib⁹ supiori-
bus non est qõ: quia sine dubio ĩcur-
ritur irregularitas. Si vero clericus

celebrat in ordine quē h3 tunc aut est excōicatus maiori:vel celebrat:seu officium exercet in loco intdcō ab hoīe vel a iure:aut est suspensus. Si pmo mō tunc in vtroq casu efficitur irregularis et indispēsabilis nisi p papa3: de sen.ex.is qui.li.6. Dicit tn̄ Guil. q in minoribus pstitutus ministrando seu exercendo officiū suū et cū solennitate cū est excōicatus:non efficitur irregularis:q illa duo.c.sigs eps.i.et z.ii.q.3.non loquuntur de eis. Et pene sunt restringende secus de subdiacono. Sed sine solennitate legendo eplām subdiacon⁹: diacon⁹ vel pſbr excōicatus credunt quidam q non īcurrant irregularitatē. Si āt clericus ē suspensus sumendo stricte suspēsionē.s.q̄ ad se et quo ad alios. Nā q est suspensus q̄ ad se tm̄:puta pter mortale qdcunq3:vel pter mioꝛē excōicationē:vel pter iunctiōz a pfessore talis celebrās nullā īcurrit irregularitatē:vt dcm ē.s.13 suspensus q̄ ad se et alios:aut ē suspensus a canōe aut ab hoīe:si āt ab hoīe seu a iudice tūc aut ignorauit ignorātia pbabili:et tē non efficit irregularis: aut igrantia crassa et supina:et tunc ē irregularis et multo magis si sciuit se suspensū:et h̄ quōcunq3 sit suspēsus simplr sine ad tps determinatū siue non determinatū:ēt si rōe defectus vl infamie:puto talem durāte suspensione celebrātez eē irregularē:nec posse dispensari secū nisi per papā:ad hoc.ii.q.3. siquis pſbr.ō sen.ex.cū medicinalis.li.6. Si vō est suspensus a canone:tunc aut ē ratione criminis:aut ratione defect⁹ aut ratione infamie vel scandali. Si pmo modo tūc aut simplr est suspēsus:et sic celebrando ē irregularis.z.q.3.siquis eps.aut est suspensus ad tēpus. Et tunc aut ad tēpus determinatum:et sic interim celebrando est irregularis:aut ad tempus indeterminatum:et tunc aut cum cōditione donec peniteat:aut cu3 conditione donec satisfaciat:vt.si.di.siqui sine.et.c.se.et de cohabi.cleri.et muli.sicut.et in clem̄.de deci.in.c.i.cum similibus. Et tunc licet quidam contradicant: puta si sic suspensus ante obligatione3 celebret est irregularis:quia in hoc factu3 iudicis est necessarium vt habeatur p absoluto:vt dixi de eta.et qualit.cum bone. Et sic cum factum hominis sit necessarium sequitur q quo ad suspensionem dei canon aliquid addit: vt in dicta decre.sicut.de cohabitati. cleri.et muli. Si non est suspensus cū conditione donec peniteat:vt.s.ō electio.osius.et tunc equum est tenere q interim celebrando non efficitur irregularis:q talis suspensio videtur esse dei:ad quam nihil addit canō:nec vt habeatur pro sublata aliquod factum iudicis est necessarium. Et ideo dicendū ē de ea vt ō suspensione dei tantum. Si z⁹ modo sit suspensus a canone id est ratōne defectus. Tunc aut ratione defectus ordinis aut ratione alterius defectus. Et si ratiōe alterius defectus ordinis:vt clericus p saltum pmotus q̄tum ad ordinem omissum:in quo si exercet officiu3 antequā recipiat est irregularis:sed celebrando in ordine ad quem ē p saltu3 pmotus quem h3 non est irregularis di.5z.solicitudo. Si ratione alterius defectus vt bigamus illegitim⁹ corpe viciat⁹ ordiātus añ etatem legitimā

